


Parallelogramma $\text{\AE}quiangula$ quidem, sed $\text{In}\mathring{a}equila-$
 tera, dicuntur vulgò κατ' ἰξοχλίω **PARALLELOGRAM-**
MA : horumq; anguli iterum sunt **Recti**.

Causa **Rectitudinis** Angulorum de-
 pendet iterum à ratione figuræ & angulo-
 rum æqualitate. Estq; ejusmodi Figura **A**
B C D, in qua præter Angulos omnes **Re-**
 ctos latus **A D** æquatur lateri **B C**, eidemq; est **Parallelum** :
A B verò lateri **D C**, per ea quæ superius **Theorematis** ultim. **Cap.**
III. sunt dicta.



Parallelogramma $\text{\AE}quilatera$ sed $\text{In}\mathring{a}equiangula$, ide-
 oq; **Obliquangula**, dicuntur vulgò **RHOMBI**.

Horum exemplum esto figura **A**
B C D, cujus omnia quidem latera
 æquantur : alterna etiam parallela
 sunt : sed anguli omnes sunt **Obli-**
 qui, æquaturq; **Obtusus D** **Obtuso**
B, uti & **Acutus A** acuto **C**.



Parallelogramma deniq; & $\text{In}\mathring{a}equilatera$, & $\text{In}\mathring{a}equian-$
 gula dicuntur **RHOMBOIDE**.

In his autem, itidem ut prius in **Rhombis**, Anguli ob-
 tusi sibi mutuò oppositi æquantur, uti & **Acuti** : (est-
 que **Acutorum** unus **Obliquorum** cujusvis ad du-
 os **Rectos** complementum :) atq; hoc respectu sunt
 & **Rhombi**, & **Rhomboide** ex parte $\text{\AE}quiangulæ$ fi-
 guræ.

Rhom.